



**Historia De Vita, Moribus, Rebus Gestis, Studiis Ac
Denique morte Praedicantium Lutheranorum, Doct.
Martini Lutheri, Philippi Melancthonis, Matthiae Flacii
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melancthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et
Andreae Osiandri

Ulenberg, Kaspar

Coloniae Agrippinae, 1622

Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)



AD LECTOREM.

MIRABERE fortassis, Lector beneuole, quid causæ sit, quod immutato consilio, Melanchthonem seorsim, & à Luthero seiunctum, nouo in publicum titulo, nunc producamus. Audi, & binas instituti huius nostri causas accipe. Alteram, quod ne si vno volumine complecterentur, craftitem libri vix vsui fore, adeoq; commoditati tuæ, quæadmodum nunc vides, loco & modo, quibus velles, tam aptè non posse subseruire vereremur. Alteram verò eamq; præcipuam, quæ & eò nos maximè impulit, hanc esse nôris, quod inter Lutheranos non infimi subfelliij, hoc iam dudum fulmen in Melanchthonem deuibrarint, vt transfugam (à se ad Calvinistas) propalã nuncupent, nec id honoris mereri contendant,

AD LECTOREM.

dant, qui Lutheri deinceps lateri adiungatur, à quo & viuo adhuc clanculum, & mortuo publicè, per nefarium schisma desciverit. Illis ergo (ne istiusmodi sententiæ obluſtari videremur) & tibi, hac diſiunctione libentes gratificari volumus; qui ſeparatim cognitum, vel Lutheranis, vel Calvinistis, pro iudicio tuo accensere & adnumerare poſſes. Quod verò reliquorum trium, Oſiandri nimirum Maioris & Flacij res geſtas, eius, Melanchthonis inquam, vitæ ſubiunxerimus, eò factum eſt, vt & iuſtum volumen habeas, & quæ inter Prædicantes poſt obitum Lutheri acta ſunt, clarè videre, perfectèque addiſcere queas. Ea verò iſtius generis ſunt, vt non hîc inuenias, quod mireris tantum, & legas, quod nunquam repereris; ſed ſpectes etiã coram, qui cominus coëant furore & odio calidiſſimos, eos præfertim, qui in religionis negotio diſſidiorum, certaminum ac ſchiſmatum omnium penè, quæ hiſce temporibus vigent, & Europam miſerandum in modum perturbant, architecti Lutheranos inter Prædicantes primi celebrantur. De quibus

AD LECTOREM.

quibus ne quid de nostro finxiffe videamur, ad ipsam te illorum historiam sedulò serioque euoluēdam hoc proloquio nostro inuitamus; si tamen prius eorum autorum, ex quorum libris non horum solum, sed & Lutheri vitæ descriptio collecta est, & in ordinem redacta (præcipuorum tantum inquam, quibus usum Vlenbergium arbitramur) nomina percurreris. Hæc sunt, quibus te breuiuscule admonitū volumus. Raptim Anno M.DC.XXII. pridie S. Mariæ Magdalenaë.

Arnoldus Meshouius Lippiensis
SS. Theologiae Licentiatus.

†† 3 IN-